



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

16 Auctoritatem colligere (non enim ea rapitur) ac tueri moderata familiaritate, grauitate morum, prouidentia formæ dignitate &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Spongiolas cupidi Principis arcta manus:)
Prouehit ad summum fures, quos deinde coer-
cet,

Vertat ut in fiscum, quæ malè parta, suum.

Vide Tac.
lib. 16. 99
Liu. lib. 2.
bel. Punic.

SIGNVM XVI.

*AU*CTORITATEM COMPARARE, ET *Authorita-*
partam tueri ac stabilire moderata facilitate ac
familiaritate, seu grauitate cum humanitate
& morum facilitate coniuncta, amorem
conciliante pietate, prouiden-
tia, & forma dig-
nitate.
tem tueri

PER auctoritatem Magistratus subditi magis
 in officio continentur, quàm viribus, cum ni-
 hil potestas Regum valeat, nisi prius valeat au-
 ctoritas, (salus & custodia Principatus.) *Q. Curt.*
lib. 8.

1. *C. Marius* in profundum vltimarum mise-
 riarum abiectum, ex ipso vitæ discrimine bene-
 ficio maiestatis emerfisse scribunt. Missus enim
 ad eum occidendum in priuata domo Minturnis
 clausum seruus publicus, & senem, & inermem,
 & squalore obsitum, strictum gladium tenens,
 aggredi non sustinuit, sed claritate viri occa-
 tus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fu-
 git. *Val. lib. 2. c. 10.*

2. *De Philopamene*, ait *Iustinus, lib. 32.* iacentem
Messenij seu metu virtutis, vel verecundia digni-
 tatis

tatis interficere ausi non fuerunt.

3. *Iulius Casar* seditionem exercitus verbo compescuit, *Quirites* pro militibus appellando.

4. *Octavianus Aug. Imp.* vultu & aspectu *Adriacas* legiones exterruit, & unico dicto exercitum compescuit tumultuantem: *Vos iuuenes audite me senem, qui iunior senes audiui, vel, quem senes iuuenem audiuerunt.* hac sola voce eos coercuit. *Suet. 10. Tac. 1. Annal.*

5. *Valentinianus Imp.* cum ex more concione esset habiturus ad milites, oborto tumultu eorum qui indignè ferebant ipsum prouectum ad caesarem Imperij, elata tunc ipse prosperè dextera plena fiducia, seditiosos ac pertinaces increpans ex insperato compescuit. *Ammian. lib. 26.*

Datur hæc auctoritas à Deo, (*Cic. pro lege Man.*) qui etiam quos vult punire magistratus, ab eo populum permittit abalienari vt contemnuntur & auctoritas ipsorum sensim intercitat. Conuoluntate sibi, & retinere eandem possunt, qui erigunt animos ad veram religionem, pietatem iustitiam, ceterasque virtutes, qui sapentia & uili se muniunt, & nimiam seu immoderatam facilitatem ac familiaritatem deuitant. Nam continuus aspectus, (vt & assiduus aditus,) minus uerebros magnos homines ipsa fatietate facit. (*Liu. lib. 35.*) *S. Augustinus* ait: (quando dist. 86.) *Dum nimia seruat humilitas, regendi frangitur auctoritas.* *Callistratus;* c. 19. de *Offic. Præf. Ex diuersatione equali nascitur contemptio dignitatis.* *Claudian.* *Minuit presentia famam.*

1. *Pericles*, antea familiaris maximè & comissimus simulatque Remp. attigit, ab omni coetu amicorum & conuiujs sese abiunxit. *Plut.* addit ratio

nē: *Comitas enim facile fastū omnē atterit, & in familiarī cōsuetudine agere custodias illud opinionis de te angustū.* Apulei⁹ de Deo Socr. ait: *Parit cōuersatio cōtēptū, raritas cōciliat ipsa reb⁹ admirationē*

2. Hinc *Perfarum Reges* à conspectu vulgi se remouebant, & rarissimē copiam sui faciebant, ne familiaritate & frequētia vilesceret regia maiestas. Neq; enim adire Regē, vel alloqui sine eius iussu, & nisi per internūtiū licebat, teste Herodoto, *lib. 1. Vide Ammian. lib. 14. & c. 4. Esther.*

Xenop. in Agesil. lan. dat.

3. Ideo nonnulli secessus & solitudinem quaerunt, quasi maior ē longinquo reuerentia, vt Tac. ait. *Tiberius Caesar* se ē medio quā longissimē amouit, dubium vxoris hē tædio, an vt, vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augeter. *Suet.*

4. *Miscenda autē* (inquit Seneca de Tranq.) *sunt ista, & alternanda solitudo & frequentia.* Quid enim est ineptius, quā si Magistratus locis solis perpetuò delitescat, solitudine nimium, & umbraculis potius hortorum, quā luce ciuiū delectetur? *L. Torquatus* iam tertium Consul omnium consensu renūtiatus, valetudinē oculorū excusauit, inquit, indignū esse Remp. & fortunas ciuiū ei committi, qui alienis oculis vti cogeretur. (*Lu. lib. 26.*) Qui per interpretes, seu delegatos dūtaxat alloquūtur subditos, ij fallūtur saepe, nec intelligūt necessitatē vrgentē, nec ambitiosorum factiones, nec oppressiones à magnatib⁹ inflictas subditis; nec vlla illos capit libido adhibendi remedia malis, quæ ignorant: imò mille fraudibus fenestram aperiunt per ipsos interpretes, quos ceu dominandi socios assumunt, quiq; aliud sapissimē referunt, quā respondetur. Hinc *Aurelianus* apud *Vopiscum*: *Ego à patre meo audiui*

Diocle.

Diocletianum Principem iam priuatum dixit
 nihil esse difficilius, quam bene imperare. Colligitur
 se quatuor aut quinque, atque vnum consilium
 decipiendum Imp. capiunt; dicunt quid proban-
 sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non
 cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur, sed
 Iudices, quas non oportet; amouet à Rep. quos
 bebat obtinere. Quid multa? ut Dioclet. ipse
 bat, bonus, cautus, optimus venditur Imperator.
 Gaiba regebatur trium arbitrio, teste Suet. c. 14.
 5. Theodorus Rex Gallie, quia moderatione
 Regni omnem alijs committebat, & ob abdica-
 & aulicorū arbitrio moderatam vitam à Pro-
 ribus Monasterio inclusus est. Gaguinus lib. 3.
 gest. Franc. Caueant igitur Magistratus, ne nimis
 opere otium & solitudinem affectent, præter
 auctoritatis stabiliendæ, & ne alijs temere Re-
 regimen committant, ut nec sigilli vsum, nec
 naturas in albis. Tac. lib. 2. monet omnes magis-
 tes, ut præstent se (non per alios) semper arbi-
 rerum, iure ac nomine Regio. Cyrus (teste Xenoph.
 lib. 6. Cyr.) serio Principes monere solebat,
 suis subditis intrepidus & gestu & vultu
 præstarent, factisque egregijs ostenderent, quod
 nos se esse qui imperium obtinerent. Sic Roma-
 lus cum factis magnificus erat, tum egregiorum
 etorum ostentator haud modicus, spolia Ducum
 stium casi suspensa, fabricato ad id aptè ferculo
 stans in Capitolium ascendit. Liu. lib. 1.
 Sigillum suum & signaturas in albis, & as-
 criptiones seu subscriptiones libellorum à sub-
 ditis oblatorum ministris suis temere concre-
 re, multum valet ad eleuandam seu minuendam
 auctoritatem, ut taceam fraudes, quæ inde en-
 ciuntur.

Hinc 1. Cicero ad Q. Fratrem, Procōsulem Imperio Asiam administrantem, *epist. 1.* scribit: *Sic annulus tuus non vt vas aliquod, sed tanquam ipse tu; non minister aliena voluntatis, sed testis tua.*

2. Erat *Maximo* Senatori Romano vxor, vt formosissima, ita pudicissima, qua *Valentinianus* Imp. eius amore captus, cum potiri cuperet, resque admodum ardua foret, rem iniquam excoGITAVIT. Maximum iussit ad se in Palatium venire, cum quo talis ludens, auro certo proposito, anulum eius victor nactus est. Hunc clā ad vxorem misit, viri nomine, vt quā primū signo perspecto in Palatium salutatum *Eudoxiam* Imperatricem veniat: illa subito paret, quam certi, quibus res nota ac mandata erat, protinus in aula excipientes, longē in gynæceum duxerunt, vbi *Valentinianus* occurrens, vim ei intulit: illa post hęc mœsta, domum regressa, calamitatem suam deslere, virumque magnopere detestari coepit, vt qui occasionem huic rei nimia sua temeritate, annuli que sigilli que sui datione præbuit.

3. *Pulcheria*, soror Imp. *Theodosij*, cū animad- *Niceph.* uerteret Imp. temere suorum libellis subscribere. *14 c. 23.* re, chirographum ei proposuit, quo ab illo vxor. *Baron.* rem ipsius certo pretio mercabatur. *Chirogra- Tom. 6.* pho subscribit de more Imp. vim tamen eius ignorans, cui postridie vxorem reposcenti reddituram testato negavit *Pulcheria*, producens ceu in testem instrumentum emptionale ab ipso subscriptum. Hac certē emendauit Imperatoris negligentiam & improuidam libellorum subscriptionem. *Hannibalis* technam *Salapianis* adstruendam annulo *Marcelli* interfecti *Consulis* *Romani*, vide apud *Liu. lib. 7.*

G

Valent

Valent etiam ad auctoritatem mores compo-
 fiti, sermonis breuitas, & maiestas, seu moderat-
 morum & sermonis grauitas. Arist. 5. Pol. ait: *No-*
acerbus, sed augustus appareat, ita vt qui obuij
non metuāt te, sed magis vereantur. & Rabanus
 gloss. Prou. 25. *Qui praesunt populus, si volunt firmi*
esse soliū, hilaritate sepe & gratia vult pleni
hibeāt, ne per arrogantiā rigidi plebis odiū incurra-
 1. *Periclem vultu penē semper serio fuisse*
bunt, nec ad risum facili, incessu moderato, vo-
 & sermone sedato. Plut. in Pol. ad Trai.

2. *Theodoretus Rex Gothorum, intromissis*
rum legationibus, audiebat plurima, respon-
bat pauca. Sidon. Apoll. lib. 1. epist. 2.

3. *Germanicus erat, ait Tac. lib. 2. ore compo-*
tus, & verbis magnificus, ideoq; augebat intus
tium visus ipsius species. Arist. 4. Eth. c. 3. Viri
gnanimi vox grauis, & oratio constans, & sedata.

4. *Scipio Africanus legatis Hispanorum respo-*
dens, loquebatur ita elato, ingenti virtutum
rum fiducia, animo, vt nullum ferox verbum
cideret, ingensq; omnibus, quae ageret, cum
ieestas inesset, tum fides. Liu. lib. 7.

5. *Imp. Manuel Paleologus ad filium suum*
Principem futurum, c. 82. Principibus, ait, haud
conueniunt grauitas atque magnificentia; sed
cedenda semper tibi rigori, qui inesse grauitati
tur, apta quadam suauitas; & seueritati, qua
magnificencia videtur inesse, grata quadam popula-
ta, vt his quoque rebus imperio tuo decus concili-
& audientes dicto subditos in ijs habeas, qua-
mentis optimē perspexeris.

Facit deniq; ad auctoritatē formę dignitatē
 iam barbaris hominibus, ait Curtius lib. 4. in e-

porum maiestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie natura donare dignata est. Sit tamen, ait *Ambros. 1. de Off. c. 14.* decor corporis non affectus, sed naturalis, simplex, neglectus magis, quam expeditus.

1. *Dauid* erat rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie. *1. Reg. 16.*

2. *Ariobazanes* ob insignem corporis formam, & præclarum animum, apud Armenios Rex electus est. *Tac. 2. Ann.*

3. *Aristocrates* Rhodiorum Dux aspectu venerando fuit, quare Rhodij eum dignum Principatu iudicârunt. *Suidas.*

4. *Scipio* erat pulchritudine oris ac totius corporis forma conspicuus, læta atq; hilari fronte, quæ plurimum valent ad gratiam, hominum conciliandam. *Plut.*

5. *Olo Danorum* Rex ad eod oris dignitate renidebat, ut quod alij armis, ipse oculis ageret in hostem. *Crantz. lib. 2. Dania.*

6. *Saul* lógior omnib⁹ filiis Israel erat. *1. Reg. 9. v. 16.*

Sed Magistratus externa forma corporis etiam à sceminis superantur, & quivis morbus brevis istum cãdorẽ inficere & speciẽ deformare potest, & ingrauescens ætas faciẽ rugis exarat, omnẽq; florẽ ætatis extinguit. Animi autẽ forma & pulchritudo nunquã interit, sed sãper eodẽ lumine splendet, & ne morte quidẽ deleri potest, sed post mortem omnium grata commemoratione viget. Quare quicumque pulcher, charus, amabilis, & gratus omnibus esse, à præsentibus & futuris solidẽ amari, & gloria immortalis frui cupit, is vitia & pravas cupiditates excretrur,

otoque pectore in studium sapientiae & virtutis
incumbat. Vide D. Ioan. Chohier Thef. Pol. lib. 1.
cap. 9.

SIGNVM XVII.

Bellum non temere in
ferre. BELLVM FINITIMIS SINE GR
uissimis & iustissimis causis non inferre, seu
hastis & flammis vicinas ciuitates non
temere vastare.

Quemadmodum pacis commoda sunt multa
ita incommoda plurima ex bello oriuntur
(Arist. 7. Pol. c. 2.) In pace enim causae & merita
spectantur; vbi vero bellum ingruit, innocentes
ac noxii iuxta cadunt. (Tac. 1. Annal.) In pace
parentes suos, in bello contra patres filios
sepeliunt. (Herod. lib. 1.) Adhaec vt dracones,
sugentes sanguinem elephantorum, & elephantes
perdunt, & ipsi met pereunt: ita in bello
que pars damno afficitur, perimit, & perit. (Curt.
lib. 8. cap. 12.) Et qui victorias petunt armis, aut
cupiunt ditescere, similes sunt ijs, qui harum
reos piscantur, cuius abrupti & amissi detrimen-
tum nullo capturae lucro pensari potest. (Arist.
Victor in Augusto) Sumptus enim hic ingentes
quiruntur, & delimita bellum non querit. (Curt.
Nec diuturna possessio est, in quam gladio in-
cipitur. (Curt. lib. 8.) Adde quod bellum facile
est potestate belli initium & finis: incipere
etiam ignauo, licet, deponere cum victore